

## Werk

**Titel:** Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinv

**Jahr:** 1646

**Kollektion:** Zoologica

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN367611805

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

**LOG Id:** LOG\_0082

**LOG Titel:** De Harpa. Cap. XVI.

**LOG Typ:** chapter

## Übergeordnetes Werk

**Werk Id:** PPN367611716

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

Et. 3. Fall.

eam Briareus mactauit, at Miluus extra Ioui retulit, pro quo beneficio Iupiter inter astra ipsum collocauit. Vnde Ouidius:

*Quia dederit Miluo, si vis cognoscere, calum.  
Saturnus regnis ab Ioue pulsus erat.*

## A P O L O G I.

Rob. Ho-  
locor in Lib.  
Eccles. c. 5.  
lect. 59.

**I**nfimus quidam Miluus prope nidum, in quo tanquam æger in lecto, decumbebat, habebat Dei quoddam simulachrum. Aduocatam itaq; matrem suam rogabat, vt supplex ad simulachrum accederet, ac precaretur, vt debita sua dimitteret, ac superuiuere sibi concederet. Mater, fili, inquit, quid tibi prodest, aut cuius peccati à Deo remissionem postulas? respondit ille, quia toties super eius capite aluum excreui. Morale, eodem modo arrogantes peccatores dum sani sunt, imaginem Dei foedare significat: vbi verò in aduersam salutem incidat, Ecclesiam rogare, vt intercedat pro se apud Deum, quo ab imminenti iam matris periculo eos liberet potius, quam peccata condonet.

## D E H A R P A. Cap. XVI.

Oppiani  
harpa qua.

Za. con.  
Zeucon.  
Cronibol o-  
pino de  
Harpa Op-  
piant refu-  
tata.

In Iliad. 7.

Harpa ad  
quod genus  
Milui velu-  
ci debeat.  
Harpa Mil-  
uo amicus,  
Brenho ni-  
micus &  
eur.  
Pli. error.

Tliny locus  
de Harpa  
explicatus.

**D**E Harpâ et si inter Aristotelem, Plinium, Oppianum, aliosq; veteres, qui eius meminerunt, non satis conueniat, ideoq; quænam avis sit, (auctorem enim esse omnes videntur concedere) difficulter iudicari queat, vt rectè Ornithologus dixerit, Harpam Auis rapacis nomen esse inconstans: opinor tamen paucula istæ, quæ quid de hac aue sentiam, obiter annotant, pelecturis plurimum lucis in tam obscuris tenebris allatura. Sû, autem, vt etiam in præcedenti capite innui, huius omnino sententia, vt Harpam Milui quoddam genus esse, non tamè semper Harpæ nomen huic soli cõpetere dicam. Oppiani enim Harpam, Ossifragam esse olim à me conclusum est, quanuis fecus sentiat Ornithologus, qui vel fabulosi Kiranidis, Zaucon vel Zeucon vel Harpam, modò Vulturis albi, modò tubicundioris speciem esse tradentis, auctoritate, vel hoc solo argumento nixus, quòd in altissimis etiam montibus niduletur, & sub mento plumas barbæ instar habeat, quæ Harpæ suæ tribuit Oppianus, Vulturem aureum Germanis Goldgag: dictum, cuius iconem nos suo etiam loco ex ipso exhibuimus, Harpam Oppiani esse existimat: Sed cum multa alia de Harpa sua scribat Oppianus, quæ Vulturi illi minime conueniant, atq; Harpam in primis, vt interim cætera præteream, mortuorum animalium ossibus (quod Omit agere peculiare est, ac proprium) vesci: itaque meo iudicio Harpa eius. Vultur ille minime esse poterit. Vnde dubius omnino Scholiastes, Harpe, inquit, avis est, quam alij Miluum, alij Ossifragam vocant, nescius fortasse, nunquid vel Miluû, vel nunquid Ossifragam facere deberet, amphibologia nominis inticatus. Eodem modo Eustathius Harpe, ait, vel Miluus est, vel alia avis à quâ similis, quæ è sublimi facile in quem voluerit locum cum impetu se demittit. Et lo. Fzetzes Harpam cum Miluo confundit, Aristoteles apertè distinguit. Sed cû tria superiori capite Miluorum genera esse scriptum sit, dicendum, ad quod eorû Harpa referri debeat. Id, ni fallor, ibidè feci, ac iâ denuò repeto, ad palustre illud, quod Mallvuy vocat Germanis scriptis, rectè reduci, qd ex Philosophi huius verbis colligit: Harpa, Pifex, & Miluus amicus sũt, propter, vt existimo, maximam sui similitudinem, vel quòd victu inter se diuerso vtantur. Harpam enim è mari viuere, ideoq; cum Brenho (Gaza ex Plinio, vt videtur, Anatem transiit) & Laro (Gauia) dissidere idem Philosophus tradit. In quorum verborum traductione Plinius Græcum textum vel perperam distinguens, vel malè distinctum traducens, hallucinatus est maxime, Triorchim cum Harpa dissidere tradens. Triorchim enim, quid è mari cibum non capit, cum rubeta & serpente coniungere debebat. Sed forsitan priorè à me adductum locum Aristotelis mihi ipsi aduersari quis existimet, atq; ex eo conitare dicat, Harpam aliam omnino, aueam apud illum esse, quam Miluum: Nam, vt videtur, idem alioqui esset dicere, Miluus Miluo amicus est, vel Harpa Harpæ, quod tamen rationi repugnare videtur. Aues enim (de rapacibus sermo est) eiusdem speciei sibi inuicem inuidere, & cibum (cuius causa vel amicae sunt, vel inimicae) non aliter ac figulus figulo eripiant. Huic responsum velim, non talem fuisse Aristoteles intentionem, sed hanc: Harpa, Pifex, & Miluus amici sunt, hoc est, Miluus palustre, Pifex, & Miluus nèpe vel Aetolius vel Regalis amicus sunt, vt tunc enim victu diuerso, atq; ideo non dissident. Sed longè difficultatem nosum ex Plinio euellendum alius obijciat, qui, tantum abest, vt Harpam maritimam aueam crediderit, montanam apertè vocauit, & oculos impetentem

tem effodere scripsit. Huic item respōsum est, turpiter & maximo cum legentium dispendio, Aristotelis locum, ubi Phoiici ( cui Harpam, quod victus earum similis sit, inimicam scribit) peculiare præ cæteris esse tradat, ut oculos potissimum appetat, apud Plinium in plurimis partium oculatum, corruptum legi. Quare omnino concludo Harpam palustrem Miluum esse. Ad quam pariter opinionem Ornithologus in primis accedit: & Syluaticus idem cō. ludere videtur: *Arba*, inquit, *avis est, quæ in lingua nostra vocatur Arpa similis Miluo, sed vtrumq; maior.* Atq; hinc Cretenses Miluum adhuc ἀρπίνας vocant.

## DE CUCULO. Cap. XVI.

**C**VCULVM Accipitribus apponendum duximus vel ea sola ratione, quod Accipitrem referat tanta similitudine, ut etiam Aristotelis ætate, hoc ipso prognatus crederetur, & etiamnum apud Gallos, vt testis est Bellonius *Falco Cuculi parens* communi proverbio dicitur. Non armis tamen ad rapiendum aptis, rostro scilicet & unguibus instructus est, sed colore tantum Accipitres representat, estq; avis minimè bellicosa, sed ignava potius ac timida, & impunè ab alijs auiculis infestata, Philosopho teste, ideoq; eam in vltimum Accipitrum locū reiecimus, non tamen ea ratione, quod reuera cum hisce conueniat, sed quia conuenire credita fuit. Cuculus tamen non omni profus honore ac laude destituitur. Nam Iunonis Deum Regniæ sceptro insidens ab antiquis effingebantur, fortè quia nō alia ratione facilius Iunoni imponere, eaq; se potiri posse Deorum Rex exiti naret Iupiter, quam quod ludicram huius avis formā assumeret, quam ipsa post captaret. Vnde non indignam auem eam existimarent, cuius nomen etiam Iouem ipsum donarent, Cuculum vocantes. Quare Cuculo locum Iuno, quod coniux esset Iouis, si Ethnicorum fabulis credimus, quas tamen suo loco latius enarrabimus. Cùm verò vincula iugalia, nec non puerperium curæ esse Iunoni existimarent præci, quare boni omnis causa Cuculum Deq; huic dicitur esse quis putare posset. Boni enim augurij etiamnum à vulgo habetur, solentq; nostri ex eius cantu ducendæ vxoris tempus vt Germani, diuturnitatem viæ colligere, dum in singulas, quas avis reddit, vocis iterationibus singulos annos computant. Et in partu non minus fortunatus, quam astutus ac sagax est. Propriæ enim frigiditatis probè conscius, qua se & ad fouenda, & ad excludenda oua agnoscit ineptum eo 30 aliu vitur, vt nullo suo labore posteritati tamen consulat, ouis suis in alienum nidum, earum præsertim auicularum, quæ similia pariunt, ne deprehendatur, illatis. Hoc etiam humano generi præter cætera vitius, quod omnium primus auium, vt testis est Oppianus, verni temporis, cùm aduolat, nuncius est, & caniculæ exortæ, cùm auolat. Vnde Agricolis ad varias operas disperendi temporis author est.

Lib. 2. de  
Auis. c. 29.

Lib. 3. de  
Gen. c. 1.  
Cuculus Iunoni Sacor.

Cuculus boni omnis  
Avis.  
Germani  
cuculi voces enume-  
rās, & cur.

## ÆQVIVOCA.

**K**OCCYX est os in imo ossis sacri positum, tribus proprijs partibus constans. Sunt autem partes illæ ossicula, etiam si Galenus ira non audeat appellare, quod pueris adhuc sint cartilagineæ, quæ quamuis annorum spacijs offeæ euadant, in ambitu tamen & commissuris & sine adhuc cartilaginosa permanent. Vniuntur autem inter se symphisi, quamuis coccygis tertium os (quod proprio nomine & σποδύλιον, & σπρος, & ούρωπύγιον appellatur) vt ossis sacri primum persæpè synarthrosi iungatur, & in ijs foramina intus ampliora, vt in osse sacro, nisi quod ad coccygis ossis secundi cum tertio commissuram pro foraminibus futura tantum est. Ita dictam Coccygem Cardanus putauit, quasi Cuculum, quod Cuculi rostrum, quoad figuram (nam in aduncam quandam acutiem definit) & quodammodo etiam colorem æmuletur. Verùm alijs magis placet ira vocatam, quod instar cristæ emineat. Nam κόκκυξ Helychio & Varino alibi etiam exponitur λέφος ἢ περιπεφάλαια, id est crista & galea.

Comm. in  
3. App. 13.  
Κόκκυξ ἢ  
crista.  
Proparte  
humeri.  
In Theria  
tis.

Vocatur & κόκκυξ in iumentis pars quædam humeri vel inter humeros.

50 Nicander olynthos id est grossus caprifici coccygas vocat, fortè quod cum Cuculis simul verno tempore prodeant.

Κόκκυξ etiam Græcis. & Cuculus Latinis piscis marinus est apud Athenæum, qui Numæniū rubrum ab accidenti appellasse scribit: Romanis vocatur vulgò pesce capone. Videtur autem à sono vocis ita dictus. Hinc hos versus legere est apud Castorem Durantem.

Quantumuis multos pisces natura crearit,

Coccyx efficit a nominis vocis habet.

Est autem dura carnis, siccaq; nihilq;

Lenti in ea, aut medicam, nil quodq; fellis inest.

Coccyga  
fructus.  
Cuculus pi  
scis.  
Li. 7. c. 27.  
In Thes.  
Sanis.